

3303

C O D I C E S

3304

*dice*, non eapropter solum, sed ob tot alia ad Historiam Synodorum *Constant.* et *Basil.* Ecclesiaeque *Bobemicae* facientia *Awendora* quovis in pretio habendo.

## DCCCCLXIX.

57<sup>a</sup> Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 353. 4. currente difficilique calamo non una manu conscriptus hanc Notam praefert: *Iste liber datus est ad librariam Collegij Ducalis (Academiae Vien.) ex parte venerabilis viri Magistri Theodrici de hamelburg doctoris sacre theologie. Cui deus retribuatur in vita eterna. Theodoricus hic Rudolphi de Hamelburg canonicus D. Stephani pluries gesto Philosophiae, Theologiaeque Decanatu Academiae Rector praefuit an. 1413. et 17. annumque 1422. vivendo praetergressus est, ut e Job. Jos. Locheri Speculo Acad. liquet. Codex porro illius Sermones Variorum in Constant. Concilio habitos complectitur, quemadmodum *Krafftianus* ille, quem *Schelbornius Amoenit. lit. T. III. p. 39.* et *Blavifontanus*, quem *T. XI. p. 213.* Eruditus indicavit. Prior *Sermonum* est *XLI.* alter *XXVIII.* Medium tenet *Notus Sermonibus XXXI.* definitus, quos Ordine proferemus. I. *Sermo Petri de Lamburga Licent. in Jurib.* Initium: *In nomine &c. Reuerendissimi patres et domini ac sacrosancte fidei dignissimi Professores. Si presentis festiuitatis ineffabile misterium, Sique inscrutabilis diuine in nobis miseracionis at-**

*tenta mente perpendimus sacramentum, cum quanto cordis iubilo exultare debemus et gaudere, cum ille adueniente temporis plenitudine nedum temporaliter nasci verum etiam formam serui pro nobis non est dedignatus induere &c.* Itaque in Natali Domini. Sermo gravis funestum Ecclesiae statum, Pastorumque vitia sinceris coloribus depingit. Nullibi memoratum, minus editum inuenio. *Petrus* noster in Concilii Sessionibus varia ex ambone praelegisse narratur in *Actis Hardtianis* et *T. XVI. Collect. Concill. Labb.* ubi pro horrenda Nominum priorum devastatione, quae in iis *Tomis* regnat, jam de *Lamburga, Lomburga, Lymeburga* audit, cumque vice quadam addatur, *seu de Polonia*, vix mihi tempero, quin illum *Leopoli* seu *Lembergae* adscribam.

II. fol. 5. p. 2. *Sermo factus coram papa dominica prima in XLma. Per magistrum Johannem de monte. 1415.* Initium: *Ecce nunc dies salutis &c. 2. Cor. 6. et in epistola presentis diei. Primo hec verba applicabo ad beatissimam virginem pro gratie impetratione &c.* Magna Sermonis pars infumitur in exponendo, quid sacro *Quadragesimae* tempore agere conveniat. Inde ad *Concordiae* bona et tandem ad *Schisma* praefens delabitur Orator, ubi inter alia: *Quamdiu modo iam de scismate disputauimus, quot codices replicuimus, calamo nulla requies dabatur, reuoluebantur libri, mittebantur nuncij, argumenta multiplicabantur,*

*tur, et velud sollicita martha turbabamur erga plurima non attendentes, quod solum unum et necessarium scilicet pro optima parte commendabatur, ut nos cum deuotissima maria prius lacrimarum fletibus vicia extergentes ad pedes domini provolutis genibus prosternamus &c. Meminit Sermonis hujus J. Dom. Mansus citato, quem Viennae inspexit, nostro Codice ad Fabricii Bibl. med. lat. L. IX. p. 105. quid vero bonum Virum mouerit, ut eum Jobanni de Heidenberg Job. Tritheimii patri adscriberet, non dispicio. Nihil tamen plus de Job. de Monte pronuntiare possum, quem in Catalogo Personarum Concilii non reperi, quam eum fortassis O. P. et Universitatis Colon. Legatum fuisse, ad quem extat Universitatis Epistola in ejusd. Mansii Supplem. Concill. T. IV. Lucae 1750. col. 127. f.*

III. fol. 15. p. 2. Collatio M. Theodorici de Monasterio facta in concilio Constancien. in Renunciacione papatus Gregorii per Karolum de malatestis. Initium: *Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Jo. VIII. Verba sunt illius, qui est lux vera &c. Theodoricus hic uniuersit. Colon. ad Concilium legatus Sermonem hunc habuit anno 1415. 4. Julii praesente Caesare. Ejus meminere Hardtius in Proleg. ad T. V. ad. ubi et Excerptum dedit, Harzbemius in Bibl. Colon. p. 303. et Schelhornius e Cod. Krafft. supracit.*

IV. fol. 22. p. 2. Collatio Magistri petri de pulka facta in Con-

Denis Codd. Theol. V. I. P. III:

cilio Constancien. Initium: *Hij sunt viri misericordie transsumptiue in lectione misse, originaliter Ecclesiast. 44. Sub hujus verbis, Illi viri misericordie sunt, Geminatam bodierne festiuitatis leticiam, que de beatissimorum petri et pauli glorificatione ac natali procedit annue celebrantes &c. Multa et hic de perturbatis et afflictis rebus Ecclesiae. Inter alia: Si quis diuinum inducat oraculum, irridendo repellunt dicentes, Theologus est, non nouit Juris permissionem, nec summi pontificis potestatem, si sanctorum patrum decreta, conuellunt dicentes, ea contraria consuetudine abrogata, si decretales penitentiales, respondent, eas toleratione prelatorum ex certa scientia ad parcendum multitudini peccantium mitigatas &c. Habetur hic Sermo in Cod. Krafft. et alio, qui fuit Academiae Vien. et citatur in Scriptt. Uniuersit. hujus P. I. p. 95. ubi pluribus de Petro Tzsch de Pulka agitur.*

V. fol. 36. Sermo fratris Bertrandi sacre theologie professoris ordinis fratrum carmelitarum conuentus montis pessulani dominica XI. post trinitatis factus in Concilio Constancien. Initium: *Bene omnia fecit. Marc. 7. et in euangelio currentis dominice verba hec habentur. Salutiferum dire pressure visorem, odoriferum summe nature cultorem cassidorum &c. Multum inuehitur in vitia Cleri, maxime avaritiam et simoniam. Neque Viri, neque Sermonis ejus mentionem usquam fieri video.*

E e e

VI.

3307

C O D I C E S

3308

VI. fol. 47. p. 2. absque inscriptione Sermo in illud *Lucae XXI. Erunt signa in sole et luna. Et in Evangelio dominice presentis*, subdit Orator, secundum usum et obseruanciam ecclesie Anglicane. In principio verbi pro felici statu militantis ecclesie ac huius sacri concilij nec non super illustribus et inuictissimi principis et domini metuendissimi Ro. et Vngarie regis &c. Anglum fuisse oportet Autorem, eumque prodit Codex Kraft. Episcopum Sarisberiensem, quem e *Fastis Concilii* discimus Robertum Alanum (alii Alun, a Luna, Halam) adpellatum. Obiit is in ipso Concilio an. 1417. 4. non, ut *Ciaconius*, 17. Sept. neque *Constantiae* sed *Gottlebiae*. Excerptum Sermonis habes apud *Schelb. Amoenit. lit. T. III. p. 48.* Vide Cod. DCLXXIV.

VII. fol. 59. Sermo rursus ἀνεπαφός, cujus initium: *Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham &c.* Hoc prophético versu princeps ille ac Regius propheta *Dauid psalmum 46<sup>um</sup> applausus in sponse christi ecclesie sancte magnificos honores cum uoce exultacionis iubilantem compendiose terminauit &c.* Sermo multa lectu dignissima continet. Inter alia Ec-

*Gratia cui nomen confert insigne Iohannes, Advena cognomen Gerson habere dedit.*

IX. fol. 77. Sermo *Dominica IIII. post Pasca.* Initium: *Habeo vobis dicere. Job. XVI. Originative et in officio missae transsumptiue. Reverendissimi Patres magistri ac domini. Bases et columpne*

clesia inducitur ita conquerens: *Clamo ad illos principes populorum, ex quorum congregacione cum Deo Abraham de constancia ciuitate ista constantissima spe mee reformacionis solatium expecto. Clamo ad vos o amabiles viri, attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Conspicite vlcus morbidum quo lesa est funditus compago corporis mei et confusa celsitudo principatus vestri, vlcus inflatum taurorum pinguium cornibus erectis, qui uehementer eleuati sunt &c.* Autorem ignoro.

VIII. fol. 71. Iste Sermo superscriptus (ita in calce) fuit factus *Constan. in prouincia Maguntin. in ecclesia maiori per dominum Cancellarium Parisien.* (Joh. Gerson) die veneris de mane XXVI. Aprilis 1415. qua die fuerunt processiones totius Concilij generalis. Initium: *Obsecro vos tamquam aduenas et peregrinos. &c.* Extat nobis Cod. DLXXII. et *Collect. Concill. Labb. edit. Venet. T. XVI. col. 1317.* Per *Aduenas et Peregrinos* ad loci natalis nomen *Gerson*, huiusque hebraeum significatum a voce גר alludit *Noster*, quemadmodum in *Opusculo*, quod inscripsit *Testamentum Peregrini, et orsus est:*

*atque paxilli tabernaculi testimonij &c.* Autorem prodidit *Mauritium de Praga*, Sermonemque vulgavit ex alio tamen Codice *Caes. Herm. Hardtius Concil. Const. T. I. p. 860.* Extat inde etiam T. XVI.

XVI. *Concill. edit. Venet. col. 1375.*

X. fol. 87. *Sermo bernhardi baptizati monachi et abbatis ordinis Sancti Benedicti quem predicavit in Concilio Constan. Dominica Tercia post pascha Anno Domini MCCCC. XVI. Initium: Plorabit et flebitis vos — Patres prelati et Reuerendissimi ceterique patres et domini ac fratres mei dilectissimi, debilia post primi reserata dogmata verbi me inuitavit ad seriem processus sorte sermo secundus &c. Pluries igitur Bernardus hic ad Concilium dixit. Sermone, quem Herm. Hardtius T. I. p. 879. publicavit, habitum Dom. XI. post Pascha Autor ipse in ingressu Tertium adpellat, nosster, quem etiam e Cod. Blavifontano memorat l. supracit. Schelbornius, secundus est, praeterea alium e Cod. Krafft. idem Vir literatus excitat T. III. Amoenit. p. 46. in verba Pauli: Gratia vobis et Pax, quem fortasse primum dicemus. In praesenti non nisi finem versus ad res Concilii advertit. Ibi: Dixit enim in corde suo Domina cupiditas seu Avaricia, cuius scisma diuisio et symonia sunt Ancille, sedeo regina in clero, vidua non sum, luctum non videbo, sed Deus, qui est valde fortis, iudicabit eam. Ideo in una die veniunt plage eius &c. Et infra: Videtis enim quot expensas, quot labores, quot passus fecerunt et faciunt Serenissimus princeps Romanorum Rex et illustrissimus princeps dux Bauariae (Ludovicus Palat.) conseruatorque sacri Concilij*

*pro celebrandis nupcijs (Agni) in quibus videte ut habeatis vestes nuptiales &c. Ceterum ἀνεδοτον puto.*

XI. fol. 94. p. 2. *Sermo factus in Concilio Constan. in Dominica Septuagesime. Initium: Ite et vos in vineam meam. Scribitur Math. XX. R. p. ceterique viri celeberrimi. Hec dies Dominica que LXX-me nomen non incongrue possidet &c. Excerptum inde dedit Hardtius Proleg. in T. V. p. 23. ubi et autor innotescit Theodoricus de Monasterio jam supra adductus.*

XII. fol. 104. p. 2. *Sermo per fratrem Alexium ordinis minorum Episcopum placentinum predicatus dominica secunda in Quadragesima. Quando cantatur Reminiscere. Anno 5<sup>c.</sup> Sextodecimo. Initium: Faciamus hic tria tabernacula. Math. XVII. et in ewangelio hodierno. Secundum sententiam deuoti bernhardi humano generi triplex inest miseria &c. De Alexio de Seregno vel Siregnio Mediolan. nihil in Actis Concilii; neque Autores ab Ugbellio T. II. Ital. Sacrae p. 232. citati eum Constantiensi, sed tantum Basileensi interfuisse narrant. Waddingus in Scriptt. O. M. Quadragesimale ei tribuit, Sermone nostrum tacet, qui tamen etiam in Codd. Krafftiano et Blavifontano apud Schelborn cit. legitur; sed res Concilii parum tangit, in mystica Tabernaculorum expositione totus.*

XIII. fol. 111. *Sermo predicatus in Concilio Constan. In die Sancti Michaelis per fratrem Johannem Zacharie sacre theologie professorem ordinis beremitarum Sancti*

*Si Augustini. Anno &c. XVI.* Multa de hoc Viro Hussomastyge narrat *Offingerus* in *Bibl. Ord.* p. 975. citatque ex hoc ipso *Cod. Caes. Sermonem*, quem prae manibus habemus, quique etiam in *Cod. Blavifontano* *suprac.* reperitur, non confundendus cum alio Ejusdem in Festo D. *Stephani* an. 1415. habito, cujus Excerptum dedit *Hardtius* in *Proleg.* T. V. p. 52. Noster incipit: *Gratia vobis et pax. Hoc thema est ualde authenticum quia scribitur in salutacionibus &c.* adsumitque probandum: *Pacis Ecclesiae hostes esse quinque: Iniusticiam turbidam et iniuriosam, Auariciam cupidam et maliciosam, Inuidiam liuidam et rancorosam, Iracundiam feruidam et furiosam, Superbiam tumidam et ambiciosam.* Παῖσις ejus satis commendant sequentia: *Paucos beu uidemus de prelati in hoc Sacro concilio congregatos, quod cotidie clamamus in spiritu sancto congregatum, deuote orare, jejunare, celebrare, elemosnas dare et exemplum bonum laicis prebere, ymo magis videmus ipsos ociari comissari vane gloriari solaciari et plus querere ut placeant hominibus utriusque sexus quam deo.* Fol. 5. imperfectum destituit Librarius.

XIV. fol. 117. p. 2. Sermo factus in exequiis (Landulphi de Maromaldis S. Nicolai in Carc. Tull.) Cardinalis Barenfis ab Episcopo *Laudensi* (Jac. Arigonio de Balardis O. P.) In *Concilio Constan.* Anno &c. XV. Ediderat ex alio *Cod. Caes. Hermannus* v. d. *Hardt* T. V. P. 5. col. 115. ali-

um Ejusdem in Easdem Exequias *Sermonem*, qui fideliter etiam in *Collect. Concill. Labb.* edit. *Venet.* T. XVI. col. 1335. repraesentatus et a nobis ἀνεπιγερῶς *Cod.* indicatus DCCCCLIX. et alias hoc *Vol.* fuit. Verum fefellit *Inscriptio.* Nihil ille *Sermo*, in quo ne γευ de *Card. Barenfi*, ad ejus Exequias, quod vel sola temporis nota docere poterat; habitus enim dicitur anno 1416. tempore quadragesimali, cum e *Faustis* *Concillii* constet *Landulphum* a. 1415. mense *octob.* defunctum eodem mense a *Jacobo* laudatum fuisse. Itaque *Sermo* ille generatim de honesta Clericorum Vita pertractat; praesens vero noster genuinus dicti Cardinalis funebris est, prout etiam e *Cod. Blavifont.* a *Schelbornio* citatur hoc initio: *Michi occasum flebilem. Re. p. et domini dolenter et amarissime recolenti quanquam potius flere liberet et gemere quam lugubre carmen depromere &c.* Dabo locum unum, cum cetera satis congruant iis, quae de defuncto narrat *Ciaconius* T. II. col. 652. Quot autem labores, quot sudores quot sumptus, quot pericula sustinuerit non indulgens suae senectuti, neque expensis pro unione sanctae matris Ecclesiae, dicat superior *Almania, Bauaria, Austria, Atbesis (Tyrolis) Franconia, Misna, Bobemia atque Carinthia*, quas partes aspera et media hyeme perlustrauit pro extirpatione pestiferi scismatis excitando Germanos tam illustres Principes, quam prelatos. — Antea quidem laborauerant permaxime incliti domi-

mini Gallici, Anglici atque Ytali-  
ci. Sed tunc per aduentum bujus  
R. P. et domini ad eosdem labores  
excitati sunt Germani, qui licet  
fuisſent poſteri, fuerunt tamen po-  
ſtea perniciores et magis ſtabiliti  
&c. Plures Noſtri Orationes com-  
memorat Vir Cl. Franc. Ant.  
Zaccaria in Serie Epp. Laudens.  
Mediol. 1763. p. 303. 4.

XV. fol. 122. Sermo fratris  
Mathei de Aula Regia ordinis ci-  
ſtercien. Sacre theologie profeſſo-  
ris factus Dominica quarta poſt fe-  
ſtum ſanctae trinitatis in Concilio.  
Matthaeus hic monachus eſt, quam  
Huſſus jam c. 111. de Eccleſia inter  
Doctores ſibi aduerſantes cen-  
ſuit. An Abbas Coenobii ſui, ut  
Balbinus Bob. doctae P. II. p. 160.  
adferit, incertum. Sermonis ejus  
initium: *Eſtote miſericordes. Sic  
originaliter ſcribitur Luc. VI. c.  
Sed recitative legitur in preſentis  
dominice ewangelio ſecundum uſum  
et ritum ordinis mei cysterkien. R.  
P. ac domini preſtantiſſimi coram  
tam preclara deo et hominibus gra-  
ta concione locuturus vereor toto  
corde &c.* Verum acriter deinceps  
inſurgens Orator rhetoricum hoc  
ſchema fuiſſe docet. Ita de anti-  
quae Eccleſiae Paſtoribus: *ſuam  
profeſſionem magnificabant non per  
ueſtem ſplendidam, non per ſupelle-  
tillem pretioſam, non per refeſtio-  
nem gulofam, nec per clientelam  
numeroſam, ſed per uitam ſanctam  
et doctriſnam ſalutarem. Sed iam  
proch dolor Jordanus conuerſus eſt  
retrorſum, planete facti ſunt retro-  
gradi, obſcuratum eſt aurum, mu-  
tatus eſt color optimus, periit ſan-*

*ctus de terra. Moderni namque  
temporis prelati manum quidem mi-  
ſerunt ad aratrum fidei, ſed con-  
tra doctriſnam cbristi Luc. IX. re-  
ſpiciunt retro. Archam domini po-  
nentes iuxta dagon I. Reg. C. V.  
v. 1. ſpiritualibus carnalia miſcen-  
tes ſunt tanquam promptuaria ple-  
na eruſtantia ex hoc in illud &c.  
Mentio Sermonis e noſtro Cod.  
habetur in Notis ad Balbin. ſu-  
prac. totus uero exiſtit teſte Schelb.  
in Cod. Blavifont. et Krafft.*

XVI. fol. 131. Sermo R. ma-  
gistri Stephani Palytz de praga Sa-  
cre theologie Profeſſoris predicatus  
in Concilio Conſtan. Dominica ter-  
cia poſt feſtum ſanctae trinitatis An-  
no 1561. M<sup>o</sup>. (CCCC) XVI<sup>o</sup>. Ini-  
tium: *Reſiſtite fortes in fide. ſcri-  
bitur prime petri in fine &c.* Edi-  
tus ab Herm. v. d. Hardt T. I. P.  
16. p. 823. et T. XVI. Concil.  
Labb. edit. Venet. col. 1359. ſed  
ubique male additus annus 1417.

XVII. fol. 146. Sermo Magi-  
ſtri Mauricij de Praga ſacre theo-  
logie profeſſoris Dominica ſeptima  
poſt feſtum Pentecoſtes in Conci-  
lio Conſtancien. predicatus. Ini-  
tium: *Attendite a falſis Prophetis.  
Math. 7. ſcribitur et in ewangelio  
bodierno legitur. P. R. propter be-  
niuolenciam, magiſtri doctiſſimi pro-  
pter ſcientiam, domini metuendiſſi-  
mi propter potenciam in eccleſia mi-  
litanti, quia iteratum tempus ad  
loquendum redijt, quo ueſtra me  
accendunt ſtudia ex priſtina audien-  
tia, ut tanto mihi amplius loqui li-  
beat de falſorum prophetarum aſtu-  
cia &c.* Tria pertractat potiffimum  
Orator: *Primum quod ypocrite*

3315

C O D I C E S

3316

propter defectum vite, Secundum quod heretici propter defectum doctrine, Tertium quod Simoniaci propter defectum vere iusticie sunt falsi prophete. Sermonem hunc etiam in Cod. Blavifont. existere testatur Schelb. T. XI. cit. p. 215. E nostro vero memoratur a Manso ad Fabric. Bibl. med. Lat. L. XII. p. 58.

XVIII. fol. 158. Sermo predicatus in festo corporis christi per Reuerendum patrem et episcopum firmanum de Ordine minorum in Concilio Constan. Anno domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. 16. In Catalogo eorum, qui a. 1416. Capitula in Concilio concordata adprobarunt, Johannes dicitur T. XVI. Concill. col. 323. Formanum cognominat Ugbellus T. II. Ital. sac. col. 714. nihil tamen de professione religiosa addit. Sermonis, quem etiam Codex Blavifont. apud Schelb. cit. continet, initium est: *Caro mea vere est cibus. Scribitur Job. VI. et in ewangelio instantis festiuitatis. Vt christi carnis deifice sacrum queam misterium, quo latet in altari, quodque viuens mirifice gratis datur edulium discipulis, effari &c.* Versatur in sex Sacramenti hujus Proprietatibus exponendis, unde per intervalla ad vitia Cleri perstringenda digreditur.

XIX. fol. 166. Sermo Bernardi Baptistae ordinis sancti Benedicti de Gasconia predicatus in Concilio Constan. dominica undecima post festum pentecostes. Anno &c. 16. Annum 1417. ponit Hardtius, qui Sermonem nostrum

dedit T. I. P. 18. p. 879. Inchoat: *Duo homines ascenderunt in templum &c.*

XX. fol. 176. Sequitur Sermo Theobaldi sacre Theologie professoris ordinis sancti dominici factus in Concilio Constan. dominica XI. post pentecostes. Anno &c. XVI. Vix credibile eadem Dominica duos fuisse Sermones habitos, ideoque erratum putem in praeced. Sermonis titulo, rescribendumque decima pro undecima, quod et evincit Evangelium: *Duo homines &c.* non undecima sed decima in Ecclesia legi solitum. Evangelium vero, in quo praesentis Sermonis Thema: *Bene omnia fecit &c.* continetur, rite legitur Dom. XI. post Pentec. Hardtius, qui hunc quoque Sermonem T. I. P. 19. p. 898. publicavit, contra Codicis sui cum Nostro conspirantis adfertum Dominicam hanc mutavit in XII. post Trinit. annum vero in Cod. suo invenit 1417. Conditio Oratoris, quam ignoravit, e Cod. nostro in Quetisi et Ecbardi Biblioth. T. II. p. 822. transit, qui T. I. p. 757. folam Viri patriam Saxoniam notaverant; Sermonem vero ejus ab Hardtio editum fuisse, illos lauit.

XXI. fol. 186. p. 2. absque inscriptione Sermo habitus de laudibus S. Augustini in illud: *Dolor Legis surrexit, Luc. 10.* ut legitur Dom. XII. post Pentec. quam Orator sequentem vocat. Initium: *Reuerendissimi in christo p. celeberrimique domini mei metuendi sacrosancte Romane ecclesie Car-*

*Cardinales bene meriti ampla dignitate sublimati &c.* Ita et Praelatos, Patriarchas, Archiepiscopos, Praefules, Abbates, Doctores, Oratores Principum longa ferie compellat, dum in locum *Aristot. I. Ethic. Sermones sunt exquirendi secundum materiam subiectam*, exeat. In *Augustini* laudibus per decursum eruditionem suam Veterum Autorem loca apte et inepte congerendo ostentat, nec Familiae religiosae, quae ab eo nomen habet, obliviscitur: *A quo fonte tanquam ab eximio sapientie fundamento egressus est sacer Augustinen. ordo, in quo est omnium bonorum sancta pulchritudo, ut merito tanto decantemus ordini, quod in ypoliti tragedia decantavit Seneca dicens. Conferat tecum decus omne priscum fama miratrix &c.* Nihil de hoc Ser-mone, ejusque Autore reperio.

XXII. fol. 200. absque inscriptione Sermo in illud *Luc. X. Curam illius babe.* Initium: *Tibi christiana dirigitur (verbum hoc) cui anima sponso celesti desponsata precipitur procuranda, tibi eciam dirigitur sacer cetus, cui petri nauicula longa tempestate quassata committitur reparanda et ad unionis tranquillum feliciter gubernanda, de his duobus prestantissimi domini institui presentem subinferre sermonem. Existimo enim religioso veterum ritu verbum dei inter missarum solemniam predicandum &c.* Sensatus est Sermo, et quid Constantiae agendum fit, nervose inculcat, concludens: *sicut in Constantia corporibus habitatis, ita et*

*animis estote constantes et auxilium dei videbitis super uos &c.*

XXIII. fol. 211. Sermo cancellarij *Parisiens.* (Joh. Gerson) predicatus in *Concilio Constan.* in die natiuitatis marie virginis Anno XVI. Initium: *Jacob genuit Joseph virum marie de qua natus est ihesus qui vocatur christus. originaliter Math. I. et recitative in ewangelio presentialiter lecto. Inuocandam te iudicamus &c.* ut Cod. D. LXXII. et edit. Opp. T. III. col. 1345.

XXIV. fol. 227. Sermo Magistri *Petri de Pulka Sacre Theologie professoris* Predicatus in *Concilio Constancien.* Anno &c. XVI. Ineditus, uti prior N. IV. ejusdem Legati Academiae nostrae ad Synodum. Incipit: *Ite, ostendite vos sacerdotibus. Scribitur Luc. XVII. et in iam lecto ewangelio. (Dom. XIII. post Pentec.) R. in christo p. orbis, sacerdotes dei altissimi in quibuslibet ecclesiasticarum dignitatum constituti gradibus — Imperfectum meum videntibus oculis meis in veritate fateor, quod non sum tam profundi sensus &c.* Verum mox vires acquirit eundo, et sub Leprae schemate Ecclesiae calamitates, Clerique vitia vivis coloribus depingit. Sit Specimen: *Si uerbis meis non creditis, saltem operibus ipsorum credite. Attendite et videte. Ecce clerus Romane curie iam a tempore scismatis ultra humanam maliciam deprauatus estimatur. Similiter clerus huius diocesis. ymo huius ciuitatis sed et ip-susmet synodi quam obediens uobis existat, considerate queso. An re-ue-*

uerendo hanc sacram synodum, in cuius oculis versantur cotidie saltem in uno minimo vitam dissolutam emendauit. Pro certo dicuntur clerici curiales adhuc tenere suas concubinas, inuerecunde palam omnibus adhuc iusticiam vendere et uniuersaliter omni specie lepre ut prius sordescere. Uerum quidem quod nunc non emunt signaturas gratiarum, quia non est vendens, utuntur tamen intrepide prius emtis. Incedunt clerici curie ymo non nulli alij eciam ecclesiarum cathedralium prelati canonici et curati in uestibus indecenter figuratis, impudice uidelicet quadrifariam usque ad nates ac cingulum incisis ut palam pateat proceritas crurium, fulgidus caligarum color &c. Ita et de Manicis: ut potius ad instar alatorum strucionum et vulturum videantur volando incedere quam more hominum ambulare &c. En egregiam Austriaci nostri in dicendo libertatem, quae utique non omni prorsus fructu caruisse credenda est.

XXV. fol. 244. Sermo Magistri Mauricij de praga Sacre theologie professoris predicatus in Concilio Constan. Anno &c. XVI. En tertium jam Mauricii nostri Sermonem ad Synodum, quorum unicus in illud: *Habeo vobis dicere. Job. 16.* ab Herm. v. d. Hardt, et T. XVI. Concill. editus est. Praefens inchoat: *Hec vidua erat. Luc. 7.* et in ewangelio iam lecto. (Dom. XV. post Pentec.) Diuiniissima firmitatis ecclesiastice luminaria intelligentiam diei et noctis mysterialiter distinguunt. Gen. 1.

Quamvis secundum beatum Augustinum 20. de ciuitate dei c. 21. carnalis pigricia et inerudite et in-exercitate mentis tarditas &c. Thefis Sermonis Oratoris verbis: *Quod hec sancta synodus uniuersalem representans ecclesiam unico et indubitato pastore in terris per scisma mortiferum viduata est hic constantie pro eiusdem resuscitatione in Spiritu sancto legitime congregata. Meminit ejus Mansius ad Fabric. Bibl. med. lat. L. XII. p. 58. qui Codicem in Bibl. Caes. uiderat.*

XXVI. fol. 255. Magistri Ursini (ita in calce) Sermo, cujus initium: *Hora est iam nos de sompno surgere. Ad romanos 13. et Recitative in epistola presentis dominice (I. Advent.) nuper lecta. Reuerendissimi Reuerendique patres uosque ceteri domini mei prestantissimi. Vas electionis paulus Apostolus, cujus intelligentia sic eleuata dignoscitur &c. Non inuenio inter Constantienses Ursinum, nisi Card. Albanens. Jordanum Ursinum s. de Ursinis; haereo tamen, an illi Sermo hic, seu Differtatio de Potestate Concilii supra Papam tribui possit, quamvis doctum et doctorum amantem fuisse apud Ciaconium in vita T. II. col. 719. legam. In ingressu haec ad historiam: *Nunc gratia dei cooperante sacrum generale concilium uniuersalem indubie representans ecclesiam in medio vestri congregatum aspicitis, quod a tempore uienensis concilij, a quo fere centum si non plures anni fluxerunt, minime concessum extitit, quoniam etsi pisis et Rome temporibus nostris cele-**

3321

## S Y N O D I C I.

3322

*celebrata sunt concilia, ab hac tamen, quam nunc aspiciamus, ecclesia, que ex tribus prius distinctis obediencijs constat, neutrum eorum generale concilium reputatum est. &c.*

XXVII. fol. 268. absque inscriptione *Sermo in illud Job. X. Bonus pastor animam suam dat &c.* hujus initii: *Animaduerte nunc o bone pastor, o Reuerendissime pater sancte sedis buius remensis antistes &c.* Extat in *Opp. Gersonis T. II. col. 542.* et nobis pluries, ut *Index* docet.

XXVIII. fol. 290. absque inscriptione *Ejusdem Tractatus de Visitatione Cleri, qui incipit: Ad laudem dei et edificationem populi christiani compilata est hec breuis et rudis instructio &c.* ut *Opp. T. II. col. 558.* et nobis *Codd.* pluribus. Vide *Indicem.*

XXIX. fol. 299. absque titulo *Scriptum, quod nobis Cod. DLXXII. inscribitur: Quaedam auisacio Cancellarij ad Episcopum, Opp. vero T. II. col. 415. Epistola ad quendam Episcopum super Moderatione casuum reservandorum in Foro.* Initium: *Pontificali dignitati suus qualiscunque Zelator &c.*

XXX. fol. 304. *Sermo cancellarij paristen. quando Rex Romanorum iuerat a Constancia ad Regem Arragonum et ad Petrum de Luna pro unione ecclesie procuranda.* Initium: *Prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. &c.* Extat *Opp. Gersonis T. II. col. 273.* et nobis *Codd.* variis. Confer *Indicem.*

*Denis Codd. Theol. V. I. P. III.*

XXXI. fol. 317. *Sermo Beati Francisci. Et fol. praeuio: Pronunciatum per p. Cameracensem.* Est hic celebrer *Petrus de Alliaco Card. Ep. Camerac.* ejusque hic *Sermo* relatus est *Cod. DLXXII.* quem si lubet, adi. Sed praeter *Adpendicem apologeticam, quam ibi indicavimus, adtexta est in praesenti Exemplo a Petro Epistola Universitatis Parisinae ad PP. Constantienses, quam nec in Actis Concilior. nec in Bulaei Historia nec in Opp. Gersonis reperi.* Incipit illa: *Magna nos spes habebat P. orthodoxi et deo amabiles domini confestim errores et hereses eas presertim, que notorie scandala pepererunt pariuntque, censura uestri iudicij proterendas esse.* Verum praeter unam Propositionem de *Tyrannicidio* nihil dum errorum *Job. Parvi* damnatum esse, quos tamen *Rex Franciae, Parlamentum et ipsa Universitas* proscrisisset. Scire se quidem nonnullos maxime de mendicantium ordinibus deliberationes suas in contrarium in abscondito et sacco tradidisse; sed sic serpere et repullulare mala &c. Ad an. 1415. et mensum fortassis *Aug.* haec *Epistola* pertinet.

XXXI. fol. 330. *Sermo R. p. et domini Pe. Cardinalis Cameracen. predicatus Constan. Ad bonorem Sancti Ludowici (filii) regis Siciliae &c. ordinis fratrum Minorum.* Initium: *Euge serue bone &c.* Jam indicatus *Cod. DLXXII.*

XXXII. fol. 338. *Secuntur aliqua scripta doctorum in Theologia de*

F f f

3323

C O D I C E S

3324

*de quibus fit mentio in sermone predicto. Agitabatur in Concilio, an post renunciationem et depositionem trium Pontificum vel Ecclesia prius reformanda, vel ante reformationem novus Pontifex eligendus sit. Itaque hic variis Quaestionibus et Conclusionibus ante omnia urgetur nova Electio ex iis maxime capitibus, quod Cardinales Ecclesiam diutius permitendo acephalam Schismati, imo Haeresi in Job. Husso condemnatae favere videantur, et quod praesumi non possit, Ecclesiam melius reformandam sub seculari potestate Romani principis quam spirituali auctoritate summi pontificis. Atque haec maxime, ut dicitur, diriguntur contra iniuriosam cedulam Magistri petri pauli dominica 22. die Augusti in valvis ecclesiae affixam. In Sess. VIII. 1415. inter Congregatos nationis Italicae T. XVI. Concill. edit. Venet. col. 124. memoratur Petrus Paulus de Austria fortassis Astia vel Asta, utriusque juris doctor, qui, an noster sit, ignoro, Scriptum vero istud ineditum ad an. 1417. et mensem Aug. vel Sept. pertinere arbitror.*

*XXXIII. fol. 342. Sermo de omnibus sanctis et ad calcem: P. Cardinalis Cameracen. Anonymum vidimus hunc Sermonem Cod. DLXXII. Initium: Signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole — Apoc. XII. Hec mulier que in verbis propositis tanquam signum magnum in celo apparuisse dicitur — sanctam ecclesiam triumphantem congrue significat &c. In Par-*

*te secunda a triumphante ad militantem descendit Ecclesiam, ubi multa praeclare de futuri Pontificis conditione, et Praelatorum in Concilio officiis; dissimulare tamen nequit, sibi Gersonique non successisse condemnationem Johannis Parvi; ita enim sub finem contra amatores eclypsum: quales fuerunt nonnulli qui dudum (1415) in hoc loco Sessionis octo fidei radios ad fugandas errorum nebulas potentissimos videlicet octo regulas catholicas in condemnatione errorum specialiter observandas tunc ex parte christiani francorum regis ad instructionem cause fidei proponendas proob pudor in suo inopportuno clamore clamorosoque strepitu obtenebrare presumpserunt &c. Nemo Sermonis hujus, quod sciam, meminit praeter Mansium ad Fabric. Bibl. L. XV. p. 239. qui Viennae praefens egregium hunc Codicem inspexit, in quo continentur Sermones XXI. inediti, nisi fortasse illorum aliqui inter V. illos haberentur, quos teste Schelbornio Amoenit. lit. III. p. 40. Herm. Hardtius P. III. Hist. literar. Reformationis publicavit, quod opus mihi nunc ad manum non est.*

DCCCCLXX.

*Codex chartaceus lat. Sec. 272 XV. Folior. 300. f. per duas columnas probe exaratus et rubricis distinctus olimque pertinens ad Augustinenses Ratispone completur Res Conciliares Basileenses hoc ordine: I. Incipit Responso fratris Johannis de ragusto Ord. Pre-*